



PROGRAMM,

womit

zu der auf Dienstag, den 4. April 1865, angesetzten

öffentlichen Prüfung der Zöglinge

des

städtischen Gymnasiums zu Danzig

ergebenst einladet

Dr. FR. WILH. ENGELHARDT,

Director.


- Inhalt: 1) De cohortibus urbanis imperatorum Romanorum scr. Dr. Otto Eichhorst.
2) Schulnachrichten vom Director.



DANZIG.

DRUCK VON EDWIN GROENING.

1865.




De
cohortibus urbanis imperatorum Romanorum.

Accedunt tituli cohortium urbanarum.

Scrispsit

Dr. Otto Eichhorst.



REPORT OF THE COMMISSIONERS OF THE LAND OFFICE

FOR THE YEAR 1880

Cohortes urbanas ab Augusto imperatore „in urbis custodiam“ institutas esse quamquam Suetonius ¹⁾ auctor est, tamen nec quo anno primum conscriptae nec quot initio institutae sint nobis indicavit. Ac ne Cassii Dionis ²⁾ quidem verba quae his de cohortibus fecit satisfacere nobis possunt. Nam quum res gestas anni p. Chr. n. quinti narraret pauca de iis attulit. Sed jam ante hunc annum eas institutas fuisse verisimile est. Quum enim praefectus urbi his cohortibus praeesset, ³⁾ non injuria fortasse statuemus, Augustum una cum praefectura urbana etiam cohortes urbanas instituisse, id est circiter vicesimo quinto a. Chr. n. anno. ⁴⁾ Quotenas vero cohortes Augustus instituerit pro certo quidem affirmare non possumus, sed tres fuisse verisimile est, qui numerus Tiberii temporibus a Tacito ⁵⁾ commemoratur. Numerabantur autem post novem cohortes praetorias et a decima usque ad duodecimam progrediebantur. Postea quoque quum jam decima cohors praetoria instituta esset, fortasse a Vespasiano, ⁶⁾ decimam cohortem urbanam invenimus, ita ut eodem tempore decima cohors praetoria et decima cohors urbana in inscriptionibus reperiatur. ⁷⁾ Quando hic numerus trium cohortium urbanarum auctus sit quum veterum scriptorum nemo tradiderit, mirum non est si virorum doctorum alius in aliam sententiam abiit. Itaque inscriptiones quae solae ad verum indagandum conferunt adhibendae sunt et eae potissimum quarum tempus accurate definiri possit.

Cohors XIII urbana primo invenitur in titulo 125, qui ad annum 48 vel 49 p. Chr. n. pertinet. Hoc igitur titulo error eorum refutatur qui affirmant inde a Vitellii vel Vespasiani demum temporibus quattuor cohortes urbanas inveniri. ⁸⁾

Cohortem XIV urbanam inveniri in titulo 16, qui C. Luccio Telesino C. Suetonio Paulino cos. anno 66 p. Chr. n. positus est, et Henzenius et Kellermannus (vig. 40) contendunt. Habet enim titulus verba: 7. coh. XVI. urb. Quum autem coh. urb. XVI nunquam extiterit, falsus numerus neglegentiae marmorarii debetur. Quamobrem et Kellerm. et Henz. pro „XVI.“ legendum esse „XIV.“ censent. Quae correctio si vera esset, cohors urbana XIV jam ante annum 66 p. Chr. n. instituta fuisset. Huic opinioni locus Taciteus ⁹⁾ repugnare videtur: „Sedecim praetoriae, quattuor urbanae cohortes scribebantur (sc. a Vitellio), quis singula milia inessent.“ Videmus enim, Vitellium numerum militum urbanorum augere voluisse, quoniam pro novem cohortibus praetoriis sedecim

1) Octav. 49.

2) L. 55. c. 24.

3) Tac. hist. 3. 64.

4) Becker-Marq. II. 3. p. 277.

5) Ann. 4. 5.

6) Becker-Marq. III. 2. p. 379.

7) Tit. 3. 8. Cf. Boissieu inser. ant. de Lyon p. 296. 341 et 342.

8) Lange hist. mutat. rei militar. Romanor. p. 60. Becker-Marq. III. 2. p. 381. Zell Handbuch d. roem. Epigr. II. p. 307. Renier in Rev. arch. 1864. p. 213.

9) Hist. 2. 93.

conscripsit. Itaque si jam ante eum cohors urbana XIV extitisset, id est quinque cohortes urbanae, haud dubie eundem numerum si non auxisset at certe retinisset. Aliter illum errorem Lange¹⁰⁾ corrigere voluit: „In inscriptione 40. Kellermanni coh. XVI. non est corrigendum in coh. XIV., sed in coh. XII, quia illa inscriptio anni 66. est.“ Hoc modo ideo correxit, quod quartam cohortem urbanam, id est XIII, a Vitellio vel a Vespasiano institutam esse credit, quam opinionem falsam esse antea demonstravimus. Haud scio an propius ad verum accedamus, si numerum XVI in XIII corrigamus.

Re vera autem cohortem XIV urbanam invenimus in titulis 22 et 69, qui ad Trajani tempora pertinent.

Hae quinque cohortes urbanae a decima usque ad quartam decimam in diplomate militari anni p. Chr. n. 161 commemorantur.¹¹⁾

Cohortem urbanam XV memorabilis sane titulus continet qui nostris temporibus repertus est.¹²⁾ Hunc numerum Renierus ita explicat: „On aura fait pour la cohorte qui y est mentionnée le contraire de ce que l'on fit pour celle qui est désignée sous le nom de cohors I Urbana dans les inscriptions citées plus haut; on aura additionné le nombre des cohortes prétoriennes avec celui des cohortes urbaines, et désigné par le chiffre total la dernière de celles-ci; de sorte que la XV^e cohorte de notre inscription serait la même que celle qui est désignée sur les autres monuments par le numéro XIV ou XIII“. Non omnibus, credo, vir doctissimus hanc opinionem probabit ac vereor ne ingeniosius quam verius hunc numerum explicaverit. Quid enim obstat, — quoniam de errore lapicidae in numero cogitandum non videtur — quominus dicamus, post annum 161 p. Chr. n. cohortem urbanam XV institutam, sed ante annum 216 p. Chr. n. sublatam esse? Hujus enim anni diploma militare¹³⁾ cohortem XV urbanam non commemorat.

Sed praeter has cohortes urbanas in quinque titulis cohors prima urbana cognomine partim omisso (5. 27. 78.), partim addito (26. 6.) commemoratur, qui numerus facile explicari potest. Notum enim est imperatores Romanos et legionibus et cohortibus, quas ornare vellent, saepius partim sua ipsorum nomina partim aliunde desumpta cognomina attribuisse. Plerumque ita prima cohors honorabatur.¹⁴⁾ Quum autem decima cohors urbana re vera prima esset, huic et cognomen et numerum I appositum esse verisimile est. In titulo igitur 27 cognomen quod omissum est haud dubie „Flavia“ est. Ex hoc titulo 27 intellegimus, unam cohortem urbanam, quamdiu imperatores e gente Flavia regnarent, Flaviam cognominatam esse. Mea quidem sententia prima cohors hujus tituli re vera decima est. Nec tamen praetermittere possum, in titulo 26, qui Lugduni repertus est, militem cohortis I Flaviae urbanae (sic enim legendum est pro „Faviae“) inveniri. Quum autem Lugduni cohors XIII urbana stationem haberet, cohors I urbana hujus tituli eadem esse videtur ac XIII; nec Mommsenius hanc opinionem prorsus rejicit.¹⁵⁾ Ac profecto et in titulo 27 et in titulo 26 primam cohortem re vera XIII esse affirmarem, nisi titulus 67, qui ad Domitiani tempora pertinet, centurionem cohortis XIII urbanae, pro quo numero numerus I sive addito cognomine „Flaviae“ sive omisso dici debebat, exhiberet. Itaque in illo titulo 26 cohors I Flavia

10) L. I. p. 61. not. 2.

11) Tit. 3. conf. quae ibi attuli.

12) Tit. 138. Rev. arch. 1864. p. 214.

13) Tit. 4.

14) Cf. Kellermann vig. p. 2.

15) Ann. Inst. Arch. 1853. p. 75 et 76.

Cf. Boissieu l. I. p. 353. 354.

urbana eadem est ac X, quamquam pro certo dici non potest, qua de caussa miles cohortis decimae urbanae Lugdunum pervenerit.

Sententia igitur eorum qui putant cohortes urbanas quibusdam temporibus aliter divisas et numeratas fuisse plane refellenda est. Nam si illa sententia vera esset, etiam cohortem urbanam II, III, IV etc. inveniremus. Ac profecto titulos ejusmodi habemus; sed hi ad unum omnes falsariis debentur.¹⁶⁾ Praeterea iis temporibus quibus cohortes urbanae numeris I, II, III etc. distinguebantur, cohors X, XI, XII etc. extare non potuisset. Sed paulo ante vidimus, iisdem temporibus et cohortem I et cohortem XIII inveniri. Ille igitur numerus I forsitan recte a nobis explicatus esse videatur. Item titulus 6, qui Caracallae temporibus positus est, cohortem I urbanam exhibet, titulus 4, qui ad annum 216 p. Chr., i. e. Caracallae tempora, pertinet, coh. X, XI, XII, XIII commemorat. Videmus igitur, post annum 216 cohortem decimam urbanam cognomine „Antoninianae“ honoratam esse. Sed jam ante hunc annum hoc factum esse potest ita ut in diplomate militari numerus X inveniatur, pro quo I dici poterat.

Nec tamen cohors X urbana sola ita honorabatur; nam titulus 92 cohortem XII urbanam Gordianam, titulus 112 cohortem XII. urb. F. C., quas litteras vulgo „Fidelis Constans“ interpretantur, exhibet. Sed vide ne rectius „Fisci Curator“ interpretemur.¹⁷⁾ Patere igitur videtur, imperatores numerum non mutasse, si aliam cohortem ac X urbanam honorarent.

Haec cohortes Romae, ubi collocatae erant, castra habuisse videntur, ut Ulpiani verbis¹⁸⁾ „qui in vigilibus vel in urbanis castris militat“ intellegitur, tametsi qua regione haec castra sita fuerint ignoramus. Fortasse castra quae et Curiosum et Notitia in regione septima nominant harum cohortium fuerunt.¹⁹⁾ Haec opinio titulo 9, qui Constantini temporibus positus est, confirmari videtur, in quo tribunus cohortium urbanarum X, XI et XII et fori Syari (i. e. Suari) nominatur, quod forum et Curiosum et Notitia septimae regioni adscribitur.

Sed non omnibus temporibus omnes cohortes urbanas Romae dispositas fuisse inscriptiones testantur. Nam nonnulli tituli (87. 88. 93. 95. 124. 128—132)^{19b)} cohortis XIII urbanae Lugduni reperti sunt, unde patet hanc cohortem per aliquod tempus Lugduni stationem habuisse. Aliquam partem tamen hujus cohortis Massiliae collocatam fuisse fortasse non deerunt qui sibi persuadeant, quoniam titulus 67, in quo centurio cohortis XIII urbanae commemoratur, Massiliae repertus est.

Sed incertum est, quando et quamobrem haec cohors Lugdunum translata et quamdiu ibi commorata sit. Nam ex loco Taciteo²⁰⁾: „Otho . . . Narbonensem Galliam adgredi statuit classe valida et partibus fida . . . addidit classi urbanas cohortes et plerosque e praetorianis“ colligi non potest, ab illo tempore cohortem XIII urbanam in Gallia relictam et postea Lugdunum translata esse; nam a Tacito ipso²¹⁾ postea quattuor cohortes urbanae Romae commemorantur. Mommsenius autem (in Ann. Inst. Arch. 1853. p. 74 et 75) existimat, in loco Tac. hist. I, 64: „Sed legio Italica et ala Tauriana abductae: cohortem duodevicensimam Lugduni, solitis sibi hibernis, relinqui

16) Cf. quae post titulum 76 et post tit. 140 in not. attuli.

17) Cf. quae ad titulum 112 exposui.

18) Dig. 48, 5, 15, quem locum Prellero debeo.

19) Cf. Preller die Regionen d. St. Rom p. 98.

19b) Boissieu l. l. p. 353—361, tit. XLI.—L.

Cf. Momms. l. l. p. 74 et 75.

20) Hist. 1., 87. Cf. Boissieu l. l. p. 353. 354.

21) Hist. 2., 93.

placuit²²⁾ corrigendum esse XIII sc. urbanam pro „XVIII“, nam cohortem XVIII facile nusquam inveniri. Item putat apud Tacitum in ann. 3. 41 hanc cohortem XIII urbanam intelligendam esse. Ille locus in historiis ingeniose correctus esse forsitan videatur, sed in altero loco cohors XIII urbana intellegi non potest; nam Tacitus in ann. 4. 5 tres tantum cohortes urbanas i. e. X, XI, XII commemorat. Si illa cohors urbana Lugduni stationem habuisset haud dubie tradidisset, quia in illo capite de copiis militaribus Romanorum disputat. Videtur igitur illa explicatio Mommsenii magis ingeniosa quam vera esse. Fortasse vero Renierus recte coniecit, hanc cohortem a Severo imperatore quum Albinum apud Lugdunum vicisset sublatam esse.²³⁾ Nam post hunc annum cohors XIII urbana nunquam in inscriptionibus invenitur et diploma ineditum militare anni 216 p. Chr. (n. 4) cohortes X, XI, XII, XIII, omitta XIII, exhibet.

Harum cohortium milites conscribebantur initio in Italia, id quod et Tacitus et inscriptiones confirmant. Tacitus²³⁾ enim dicit; „Quamquam insideret urbem proprius miles, tres urbanae, novem praetoriae cohortes, Etruria ferme Umbriaque delectae aut vetere Latio et coloniis antiquitus Romanis.“ In inscriptionibus autem patria militum saepius aut commemoratur aut cognosci potest ex loco, quo titulus repertus est. Sed jam Domitiani temporibus milites cohortium urbanarum etiam extra Italiam conscriptos esse titulus 67 testatur et postea hoc saepissime factum est.²⁴⁾ Hoc unum imperatores Romani observasse videntur, ne homines libertinae conditionis in cohortes urbanas reciperentur. Filii vero et posterii libertinorum in his cohortibus inerant.²⁵⁾

Quae aetas militaris tironum fuerit ex multis titulis et praecipue sepulchralibus cognosci potest. Etenim aetatis annum sextum decimum usque ad annum vicesimum tertium invenimus.²⁶⁾

Militiae tempus viginti anni erant, ut ex verbis Ulpiani²⁷⁾ patet: „Plane si quis in cohortibus urbanis militavit, licet ante viginti annos mittitur, tamen perpetuam habet a tutelis excusationem.“ Vicena igitur stipendia emeriti honestam missionem accipiebant et conubium cum uxoribus quas habebant aut quas postea ducerent, ut est in diplomate militari anni 161 p. Chr.²⁸⁾ Haec honesta missio in titulis nonnunquam commemoratur;²⁹⁾ sed ante vicena stipendia quoque honestam missionem datam esse, ex titulo 43 cognoscimus, nisi pro „Annis. X. || Missus“ etc. legendum est „Annis XX. || Missus“ etc. Etiam plus quam vicena stipendia honesta missione non commemorata invenimus.³⁰⁾ Post missionem quoque honestam hos milites saepius militasse tit. 85 cognoscimus.

Singulis cohortibus urbanis singuli tribuni sive tribuni militum praeerant „qui legatis legionum dignitate pares erant, quandoquidem cum his in scamno legatorum tentoria habebant.“³¹⁾ Singulis vero centuriis singuli centuriones praepositi erant. Reliquorum principalium titulos n. 77—99 attuli. Signum cohortis signifero traditum erat.³²⁾

22) Rev. arch. 1864. p. 214 et Clint. fast. Rom. sub ann. 197.

23) Ann. 4., 5.

24) Cf. tit. 38. 45. 54. 61. 109. 129. 135 etc.

25) Cf. tit. 117. 10? 71? 103? 105?

26) Cf. tit. 71. 133. 70. 103. 44. 128. 38. 119 etc.

27) Dig. 27, 1, 8 § 9, quem locum Marquardtio debeo.

Cass. Dio 55. c. 23.

28) Tit. 3 et quae ibi annotavi.

29) Tit. 86. 87.

30) Tit. 128.

31) Lange l. I. p. 61 et not. 6. Hygin. § 15.

32) Tit. 94. 5. 96.

Dignitate omnino cohortes urbanas superiores fuisse quam cohortes vigilum et legiones, sed inferiores quam cohortes praetorias inscriptiones testantur.³³⁾

Quot vero milites in singulis cohortibus urbanis initio fuerint nescimus; nam Vitellii demum temporibus miliarias eas fuisse Tacitus³⁴⁾ testis est. Alium autem numerum Cassius Dio³⁵⁾ affert. Verba ejus haec sunt: „Οἱ τε σωματοφύλακες μύριοι ὄντες καὶ δεκαχῆνι τειραγμένοι, καὶ οἱ τῆς πόλεως φρουροὶ ἑξακισχίλιοι τε ὄντες καὶ τετραχῆνι νενεμημένοι.“ Videmus igitur Cassium Dionem de numero cohortium et praetoriarum et urbanarum errare. Nam qui numerus suis temporibus constitutus erat, eum ad priora tempora transfert. Id unum certe ex his verbis colligere possumus, Cassii Dionis temporibus quattuor cohortes urbanas fuisse, quae ut antea vidimus X, XI, XII, XIII erant. Eundem numerum Brevarium et Curiosum et Notitiae continet.³⁶⁾ Num ab hoc demum tempore singulae cohortes urbanae singula milia et quingenos milites continuerint, quum antea miliariae fuerint, prorsus nescimus. Ac ne id quidem pro certo affirmari potest, in quot centurias singulae cohortes urbanae divisae fuerint. Fortasse denas centurias continebant, quum miliariae essent, quinque denas, quum singula milia et quingeni milites in iis essent.

De stipendio horum militum nihil traditum est. Quam conjecturam Marquardtius³⁷⁾ proposuit, trecentos sexagenos denarios annum stipendium eorum fuisse, valde probabilis est.

Quando cohortes urbanae sublatae sint nusquam commemoratur. Ad Constantini quidem tempora, quae nullus alius titulus superat, titulus 9 pertinet; in quo memorabile est quod unus tribunus eodem tempore foro Suario et tribus cohortibus urbanis praest. Ac ne id quidem commemoratur, nonnunquam unam alteramve cohortem urbanam sublatam nec tamen statim restitutam esse. Quamobrem quod Marquardtius³⁸⁾ dicit e titulo 8 cognosci, M. Aurelii temporibus tres tantum cohortes urbanas, X, XII, XIII, extitisse probare non possum. Nam si illis temporibus omnino hae tres cohortes extitissent, in titulo non „cohortes praetoriae decem et urbanae X XII XIII“ dicendum erat, sed „cohortes praetoriae decem et urbanae tres.“ Huc accedit quod diplomate militari anni 161 p. Chr. (tit. 3), quod ad tempora Marci Aurelii et Lucii Veri pertinet,³⁹⁾ cohortes urbanae quinque a decima usque ad quartam decimam continentur. Fragmentum quidem est a Borghesio restitutum, sed numerus XIII cognosci potest. Qua de causa autem tres tantum cohortes urbanae hunc titulum posuerint incertum est.

Jam titulos ipsos enumerabo et eo quidem ordine ut primum afferam latercula militaria, deinde diplomata militaria, tum titulos tribunorum, centurionum, reliquorum principalium, militum gregariorum, titulos falsos vel suspectos. Quorum titularum tempus definiri potest, ii primum locum obtinent, ultimum locum fragmenta. Id vero in titulis colligendis maxime dolendum erat quod nonnullis libris epigraphicis praecipue Italorum carui.

33) Tit. 16. 23. 69. 76. Cf. Cass. Dio 56. c. 32. 59. c. 2.
Suet. Octav. 101.

34) Hist. 2. 93.

35) L. 55. c. 24.

36) Preller die Reg. d. St. Rom. p. 30 et 31. Sed Prellerum

p. 98 errasse, quum dicat quattuor cohortes urbanas a X usque ad XIV numeratas esse vix est quod moneam.

37) III., 2. p. 382 et not. 2190.

38) III., 2. p. 382 not. 2188.

39) Zell Handbuch der roem. Epigr. II. p. 329. n. 35.

I. Latercula militaria.

1)	2)
.....
..... Vettidius Sa Nige
..... M Iuventius Bl COS 7 G.
..... COH XI VR s Marcellus
..... LAMIA Procule
⁵ ..ixano L Sertorius In	⁵ II.
..... ediol C Arrius s Rufinus S
..... nxan D Valgius s Avitus Vercel FC M
..... oma T Domitius s Clemen Florent VERGIL
..... COS MESSALLA onius Procule s Urvin L.
¹⁰ ..ormis C Sentius	¹⁰ lius Cupitus Emona Q C.
..... LAMIA N III COS 7 RUFUS ⁵ M Sa
..... Nuceri C Capri lurius Rufinianus Nucera C Ju
..... Orosius C Luc Petronius Procule s Arreti Tub C No
..... metin C Fe Fannius Justinus s Ticino C Fig
¹⁵ ..clesia C C	¹⁵ .. Nutricius Ursus s Arreti LAMIA
..... olsin T RO II
..... TVRNI MESSA Petronius Nepo s Placent M
..... olcis L us Lyricus s Cremona M
..... Ai s Primus s Aug Pr L
²⁰ ..undi	²⁰ s Magnus s Clusio C
..... s Quintilianus Emon ¹⁵ Ve
..... (Romae.) s Arreti
..... s Luca
..... Veron
.....	²⁵ xani
.....

(Romae.)

1) Kellerm. vig. 98. Kellermanni verba de hoc titulo et de seq. sunt: „Maximi facienda sunt, quum aliud exemplum laterculi cohortium urbanarum non exstet; illud praeterea peculiare habent, quod non iusta annorum aliquot serie separatim enumerant milites qui singulis centuriis singularum cohortium urbanarum adscripti sint, verum ita cunctos distribuunt, ut binos annos conjungant. Consules enim sunt Messalla et Vergilianus anni 115, Lamia et

Aelianus anni 116, (exciderunt consules annorum 117 et 118), Imperator Noster III anni 119, Severus II anno 120. . . . Nota praeterea ejusdem anni consulem nominatum esse mox Messallam mox Vergilianum, deinde mox Lamiam mox Aelianum, cujus rei nullum praeter hoc exemplum in uno eodemque monumento inveniri testis nobis est Marinus.“

2) Kellerm. vig. 98a.

II. Diplomata militaria.

- 3) (Qu)i. militaverunt || (in. cohortibus praet)oris. decem. I. II || (III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. et. urbanis || (quinque. X. XI. XII. XIII. XIV.
- 4) Diploma militare ineditum anni p. Chr. 216 continet quattuor tantum cohortes urbanas: X, XI, XII, XIII.

III. Tribuni cohortium urbanarum.

- 5) Liciniae || L. Licini. Lici || nian(i tr)ib. coh. || primae. urban. || filiae. Attianae || P. Rapellius || Kalendinus || (pr)ae. coh. II. Gal || (u)xori || — (Capuae.)
- 6) Papirio. Spo || ro. pp. fratri || piissimo. tri || buno. coh. I. || urba. nae. An || toninianae || Papirius || Socrates || V. E || — (Romae.)
- 7) (M.) Bassaeo. M. f. S(tel) || Rufo. pr. pr. || (im)peratorum. M. Aureli. Antonini. et || (L.) Aureli. Veri. et. L. Aureli. Commodi. Augg || consularibus. ornamentis. honorato || (e)t. ob. victoriam. Germanicam. et. Sarmatic || (A)ntonini. et. Commodi. Augg. corona || (m)urali. vallari. aurea. hastis. puris IIII || (to)tidemque. vexillis obsidionalibus || (ab iisdem) donato. praef. Aegypti. praef || (ann.) proc. a. rationibus. proc. Belg(icae) || (et du)arum. Germaniarum. proc. regni || (Nori)ci. proc. Asturiae. et. Galleciae.
- trib || (coh. II.) pr. trib. coh. X. urb. trib. coh. V. vigul. pp. bis || (huic sen)atus auctoribus imp. Antonino. et || (Commo)do. Augg. statuam. auratam. in. foro || (divi Traja)ni. et. aliam. civili. amietu. in. templo || (divi Pii) tertiam loricatedam. in. tem || (plo. Martis. Ultoris. po)nendas. censuit || — (Romae.)
- 8) M. Aurelio Caesari || imp. Caesaris. T. Aeli Hadriani || Antonini Augusti Pii fil. || divi Hadriani nep. divi Trajani || pronep. divi Nervae abnep. cos. || Petronius Mamertinus et Gavius Maximus || pr. pr. tribuni cohortium praetoriarum || decem et urbanarum trium centuriones || cohortium praetoriarum et urbanarum || et statorum evocati || cohortes praetoriae decem et urbanae || X. XII. XIII. centuriae statorum || optimo ac piissimo || — (Romae.)

3) Integrum titulum inspicere mihi non licuit; qua re non inutile videtur Renieri verba hic apponere: „Le nombre des cohortes urbaines ne tarda pas à être porté à cinq et cet état de choses subsista probablement jusqu'au commencement du règne de Septime Sévère. Il subsistait certainement en 161 de notre ère, lorsque fut rendu le diplôme militaire publié par Amati, avec les restitutions de Borghesi, dans le Giornale Arcadico 1827. t. XXXV, p. 75 (cf. Cardinali, Diplomi imperiali, tav. XXI), puisque ce diplôme concède le droit de connubium aux vétérans des dix cohortes prétoriennes et des cinq cohortes urbaines.“ Tum affert Ren. partem tituli, quam supra apposui. Rev. arch. 1864 p. 213 et 214.

4) Hoc diploma quod in museo collegii Romani asservatur a Reniero commemoratur Rev. arch. 1864. p. 214.

5) Momms. J. R. N. 3623.

6) Kellerm. vig. 181, cujus apographum dedi. Orell. 3407.

7) Orell. 3574, corr. ab Henzen. p. 372, cujus exemplum dedi. Kellerm. vig. 42.

8) Orell. 3422 titulum affert ex Grut. 258, 8, quem secutus est Fabr. p. 131 n. 68. Grut. titulum affert ex Mazochio. Apud Mazoch. autem (in epigramm. antiq. urbis fol. 108 p. 2) versus aliter divisi sunt, Praeterea v. 1 habet „Aurelio“ pro „Aur.“ ut Grut. Fabr. Orell. Ego exemplum Mazoch. secutus sum.

- 9) Domino. nostro || Fl. Claudio. Constantino || fortissimo. hac ¹⁾ || beatissimo. Caesari || Fl. Ursacius. v. p || tribunus. cohorti || un. urbanarum || X. XI. et XII. et. fori || Syari || — (Romae.)
- 10) M. Coccejus. Rogatus || cornicularius || Jul. ¹⁾ Proculi. trib || coh. X. urb. ex. voto. fecit ²⁾ || — (Romae.)
- 11) Cn. Pompejo. Sex. f || Quir. Homullo || Aelio Gracili Cassiano Longino || pp. bis leg. II. Aug. et leg. X. Fretens || trib. coh. . . . vig. trib. coh. X. urb || trib. coh. V. pr. donis. donato. ab || imp. to(r)q. phal. armill. cor. aur || hast. pur. proc. Aug. provinciae || B(ritt)anniae. proc. Aug. provinc || duarum. Lugud. et. Aquit. proc || Aug a r(a)tionibus || heredes || — (Romae.)
- 12) L. Ovinus. L. f. Ter. Rufus || prim. ordo. cohortium. praet || divi. Augusti. prim. pil. leg. XIII. gem || trib. mil. cohort. XI. urb. trib. mil || coh. III. praet. praef. fabr. II. vir || L. Ovinio. M. f. Ter patri || M. Ovinio. L. f. Ter. Vopisco. fratri || Allidiae. L. f. Rufae matri || Pulliae Primae uxori || — (Venafri.)
- 13) Ti. Claudio || Ti. fil. Pal || Secundino || L. Statio. Macedon . . . || p. p. leg. III. p. f. trib. coh || prim. vig. trib. coh. XI || urban. trib. coh. VIII. p . . . || p. p. iterum. praef. leg. II. Tra . . || proc. XX. her. proc. provin . . || Lugdunens. et. Aquitan || a. ratio-
- nib. Aug. praef. an . . || L. Saufejus. Julianus || amico. optimo || — (Aquilejae.)
- 14) T. Petronio. T. f. || Sab. Tauro Volu || siano v. cos || ordinario. praef. praet || em. v. praef. vigul. p. v. trib || coh. primae. praet. protect || Augg. nn. item. trib. coh. III praet. || trib. coh. XI. urb. trib. coh. III. vig. leg. X. || et XIII. gem. prov. Pannoniae superioris || item leg. Daciae. praeposito equitum sin || gularior. Augg. nn. pp. leg. XXX. Ul || pia. centurioni. deputato. eq. pub || ex V. dec. Laur. Lavinati || ordo Arretinorum patrono || optimo || — (Arretii.)
- 15) D. M. s. || P. Vibi. P. f. Mariani. e. m. v. proc. || et. praesidi. prov. Sardiniae. p. p. bis. || trib. coh. X. pr. XI urb. III vig. praef. leg. || II. Ital. p. p. leg. III. Gall. 7. frument. || oriundo. ex. Ital. Jul. Dertona. || patri. dulcissimo. || et. Reginae. Maxime. matri. || karissimae. || Vibia. Maria. Maxima. e. f. fil. et. her. || — (Ad viam Cassiam 5 ab urbe lapide.)
- 16) M. Vettio. M. f. Ani || Valenti || mil. coh. VIII. pr. benef. praef. pr || donis. donato. bello Britan || torquibus. armillis. phaleris || evoc. Aug. corona. aurea. donat || 7. coh. VI. vig. 7. stat. 7. coh. XVI. urb. 7. cho. || II. pr. exercitatori. equit. speculatorum || praetor. 7. leg. XIII. gem. extrec. leg. VI || Victor. donis. donato. ob. res. prosper || gest. contra. Astures. torq. phaler. arm || trib.
- 9) Grut. 282, 4 et ex eo Fabrett. p. 127. n. 45. Orell. 23. 1) i. e. ae.
- 10) Grut. 1076, 3. Murat. 806, 6. 1) Mur. Juli 2) Mur. fee — Praeterea apud Murat. ante primum versum signum lacunae invenitur.
- 11) Kellerm. vig. 36, ubi vide ceteros.
- 12) Momms. J. R. N. 4641. Orell.-Henz. 6776.
- 13) Kellerm. vig. 31, ubi vide ceteros.
- 14) Kellerm. vig. 16, ubi vide ceteros. Orell. 3100. Henz. p. 268, cujus correct. secutus sum. Cos. fuit anno p. Chr. 261.
- 15) Kellerm. vig. 39, ubi vide ceteros, quibus addi potest Mazoch. epigr. antiq. urb. fol. 176. p. 2. — Orell. 74 et corr. ab Henz. p. 5 et 6.
- 16) Kellerm. vig. 40, ubi vide ceteros. Or.-Henz. 6767. 1) Anno p. Chr. 66. Cf. quae de numero XVI urb. p. 3 et 4 disputata sunt.

- coh V. vig. trib. coh. XII urb. trib. coh || III. pr. tr. leg. XIII. gem. Mart. Victr || proc. imp. Caes Aug. prov. Lusitan || patron. coloniae. speculator. X. H. C || C Luccio. Telesino. C. Suetonio Paulino. cos ¹⁾ || — (Arimini.)
- 17) Q. Petronius. C. f. Pub || Modestus. p. p. bis || leg. XII. Fulm. et. leg. I. Adjut || Victr. trib. mil. coh. V. vig. || tr. coh. XII. urb. tr. coh. V. pr. pr(oc) || divi. Nervae. et. imp. Caes || Nervae. Trajani. Aug. Germ || provinc. Hispaniae. citer. Asturiae || et. Galeciarum. flamen. divi || Claudi. dedit. idemque. dedicavit || — (Venetiis, Tergeste advectum.)
- 18) L. Appaeo. L. f. || Pup || Pudenti p. p || trib. coh. XII urb. et X praet || flamine Flaviali || patrono. Sass || plebs urbana || Pr. Mi S. ¹⁾ d. d. || — (Sassinae.)
- 19) C. Rufio. C. fil || Pom. Festo || p. p. trib. cohort. V. vig. || XII. urb. III. pr. proc || provinciae Dalmatiae || et Histriae || C. Rufius Festus || L. Aelius Firmus. c. v. et || Rufia. c. f. Procula. c. f || patri pientissimo || l. d. d. d || — (Tuscanellae.)
- 20) L. Gavio. L. f || Stel. Silvano || primipilari. leg. VIII. Aug || tribuno. coh. II. vigilum || tribuno. coh. XIII. urban || tribuno. coh. XII. praetor || donis. donato. a divo Claud || bello. Britannico || torquibus. armillis. phaleris || corona aurea || patrono colon || d d || — (Taurini.)
- 21) C. Cestio. C. f. Stel || Sabino. trib. coh. XIII. urb || p. p. leg. I. Adjutricis. P. F || 7. leg. VIII. Aug. ex tercenario || 7. coh. VIII. pr. 7. cho. VIII. ¹⁾ urb || 7. leg. II. Adjutric. Piae. Fid. et || leg. VI. Claud. P. F. donis. donat || ab. imp. Antonino. Aug. hasta. pura || III. viro. j. d. patrono. municipi || plebs. urbana. et. honore. usi || — (Urbini.)
- 22) T. Pontius. T. f. Pal. Sabinus || praef coh. I. Pann. et Dalmat || eq. c. R. trib. mil. leg. VI. Ferrat || donis. donatus. expeditione Par || thica. a divo Trajano. hasta pura || vexillo corona murali 7. leg. XXII || Primig 7. leg. XIII Gemin. primus pi || lus leg III Aug praepositus vexilla || tionibus milliariis. tribus expedi || tione Britannica. leg VII Gemin || VIII. Aug XXII. Primig. trib. coh. III || vig. coh. XIII. urb. coh. II. praet || p p II proc provinc. Narbonens || III vir. j. d. quinq flamen patron || municipi || *In parte antica legitur:* T. Pontio. T. f. Pal. || Sabino || p p II proc provinc || Narb III vir. j. d. quinq || flamin. et patron || municipi || Valeria. L. f. Procula || uxor || l d d d || — (Ferentini.)
- 23) D. M || L. Comini. L. f. Maximi. domu. Mantua || p. p. bis. procuratori. M. Antonini. Aug. pr || aef. leg. II. Trajanae. Fortis. ce. trib. chor. || VII. praetoriae. XIII. urbanae. III. vigil. || centurio. cohortis. I. pr. X. urbanae. V. || vig. evocato. Augustorum. beneficiar. || praef. praetori. vixit. annis. LXXX. II. || dieb. XVIII. Numitoria c. f. Moschis. || conjux. bene. merenti. heres. || — (Tibure.)

17) Kellerm. vig. 41, ubi vide ceteros.

18) Orell. 2220 ex Grut. 359, 4. 1) Haec corrupta sunt.

19) Kellerm. vig. 43, ubi vide ceteros.

20) Kellerm. vig. 32, ubi vide ceteros. Orell. 3568.

21) Grut. 387, 8 ex Apiano (p. 150, 3.) Quae apud Apian. vitiose leguntur, a Grut. correctae sunt. 1) leg. XIII. Orell. 3445. Cf. Henz. in indic. p. 132.

22) Orell.-Henz. 5456.

23) Kellerm. vig. 37. Orell. 3444.

- 24) || p. p. praef. le (g) (trib. coh vig. trib. coh) || XIII. ¹⁾ urb. trib. c (oh . . . pr. proc. prov. Gallia) || rum. Lug. et. Aqu(itan) || proc. proleg. pro(vinciae conju) || gi. et. Val. Juliano. f || — (Reate.)
- 25) Gn. Ma(rcio) || Gn. f. Stel. Rust(io) || praef. class. pr (Mis) || praef. class. Rav (leg) || Aug. prov. Syriae (trib) || coh. I. praet. tr(ib. coh . . ur) || ban. trib. coh. VI. (vig.) || Transpadan. p || cust.ordinibu || Romano. XV. urb || Frenat || — (Mercogliani III p. ab Abellino.)

IV. Centuriones cohortium urbanarum.

- 26) M. Curvelius || M. fil. Aniens || Robustus. mil || cohor. I. Faviae ¹⁾ || urban. O. Herenni || testamento || sibi. fieri jussit || h. p. c || — (Lugduni.)
- 27) M. Carantius. Macrinus. centurio. coh. || primae. urbanae || factus. miles. in. ead. cohorte. Domitiano. II. cos. ¹⁾ || beneficiar. Tettieni. Sereni. leg. Aug. Vespas. X cos ²⁾ || cornicular. Corneli. Gallicani. leg. Aug. equestris || stipendis. Domit. VIII. cos. ³⁾ item. Minici. Rufi. legati. Aug. || evocatus. Aug. Domit. XIII. cos. ⁴⁾ centurio. imp. Nerva. II. cos. ⁵⁾ t. p. j. || — (Carouge prope Genevam.)
- 28) Imp. ¹⁾ Commodus. Aug || n. VII. et P. Helvio || Pertinae. (it)er. cos || coh. X. urb. Ti. Cl || Plautius. Ti. fil || Fabia. Receptus || Rome. stip. XX. O. Cassi || et. L. Vettienus. L. fil || Restutus. stip. XV || O. Pollionis. Came || riae Marti votum || l b s || — (Romae.)
- 29) D. M. s || C. Sallusti || Martialis || mil. coh. X.
- urb || 7. Testi. aq. praet. urbis || vix. ann. XXVIII || militavit. ann. X || Adauctus lib || patrono. optimo. fec || h. s. e || — (Haud procul a ponte viae Salariae.)
- 30) In. ag. p. V. in. fr. p. VI. || Q. Atilio. Fes || tino. mil. coh || X. urb. 7. Vindicis || vix. an. XXI. m. VIII || d. III. mil. III. Atilius. Fes || tus. Atilia. Urbica || parentes. infelicis || simi. filio. pientissi || mo. fecerunt. sibi su || is. lib. lib. q. p. e || — (Sub Capitolio cippus.)
- 31) M Cattio M f || Secundo Galer || Genua mil chor || X. urb. 7 Nigri || vixit ann . . . I . . || — (Romae.)
- 32) C. Julius || C. f. Fal || Fortis || miles. coh. X || urb 7 Prisc || domo Nol || mil. an. XV || vix. an. XXXV || — (Romae.)
- 33) Dis Mani || C Marci || Proculi || militi coh || X urban || 7. Ai. ii ¹⁾ || domo Sa || || — (Romae.)

24) Or-Henz. 6933. Kellerm. vig. 180. 1) Kellerm. habet XIII.

25) Momms. J. R. N. 1884. „Praefectus vigilum fuit a. p. Chr. 205.“

In prioribus titulis hi centuriones nominati sunt:

Cohortis XIII: C. Cestius Sabinus (tit. 21.) Cohortis XIV

L. Cominius Maximus (tit. 23.) Cohortis XVI (?):

M. Vettius Valens. (tit. 16.)

26) Boissieu inscr. ant. de Lyon p. 354. n. XLI. 1) Leg. Flaviae.

27) Orell. 5030 = Henz. 6770. 1) A. 73. 2) „Corr. IX, qui est ultimus Vespasiani annus.“ 3) A. 83. 4) A. 88. 5) A. 96.

28) Orell. 894 = 2705 ex Grut. 56, 4. 1) P. Chr. 192.

Ordo verborum in hoc titulo turbatior est, quem Orell. ita explicat: Ti. Cl. Plautius Ti. fil. Fabia Receptus, domo Roma, miles coh. X. urbanae, centuria Cassii, stipendiorum XX. et L. Vettienus L. fil. Restutus (i. e. Restitutus), domo Cameria, miles coh. ejusd. centuria Pollionis, stip. XV.

29) Grut. 560, 1. Orell. 3477.

30) Grut. 523, 7 et ex eo Malvas. Marm. Felsin. p. 241.

31) Kellerm. vig. 185.

32) Kellerm. vig. 186.

33) Kellerm. vig. 187. 1) Kellerm. „Non dubito quin legendum sit Atti . . . lapis vero habet ut nos scripsimus.“

- 34) T. Apicius || T. f. Men || Secundus || Feltris || mil. coh. X || urb. 7. Rutili || vix. ann. XXX || mil. ann || VII || t. p. j || — (Romae.)
- 35) D. M || P. Sullio Gaenucia || no militi coh. X || urb. Severi¹⁾ vix || annis XVIII. men. VI || dies XXII || — (Romae.)
- 36) Fl. Olius Paternus || centurio. chor X urb. || qui vixit. an. XXVII. || in pace || — (Romae.)
- 37) D. M || C. Viserti. Pudi . . . || mil. coh. X. urb . . . || Pettoni. Artoriae || Niceni. ben. mer. fec || sib. et. lib. libertabusq || post. eorum || — (Romae.)
- 38) Dis. Manibus || C. Vapusius. C. f. Trom. || Athenodoru.¹⁾ Pompejop. || Cilic. mil. coh. X. urb. || 7. Julian. milit. ann || X. vix. ann. XXXII. m. VI || t. p. j || in fr.²⁾ p. III. a retr. p || VII S || — (Romae.)
- 39) D. M. || L. Vesuenoci. Martiali || mil. coh. X. urb. 7. Severi || ni. mil. a. I. vixit. a. XV. pat || rono. et. conjug. bem || er. F. Vesuena. Afias || — (Catanae.)
- 40) D. M || M. Manni. Firmi || milit. cohortis || X. ur. 7. Cornelian || ben. meren. fecit || conjug. b. m || — (Romae.)
- 41) D. M || C. Germanio. C (fil) || Collin. Valenti(no) || mil. leg. XV. Apol(lin) || mil. coh. XI. urb. 3. A(lfi?) || veterano. coh. e(j)u(sdem) || deducto. a. divo. N(erva) || C. Germanius. Floren (s lib) || idemq. filius. et. German(ia) . . . || — (Nolae.)
- 42) D. M || Septimius. Jubenalis. 7. cohort. prim. vigi Trala¹⁾ || XI. urbanae. hoc. monumentum. virgine || in fronte. pedes. XII. in agro. pedes. XVI || cum terrula. pura. abante. et. dextra || (l)aevaeque. longum pedes. LII latum || (ped)es. XXXV. Cominae. Semneti. conjug. in || (co)mparabili. et. Septimiae Cominae. filiae || (sua) bissime. raptis cum Fausto. socero com || (paraver)unt de. Cornelia Charitine. et sibi. || (et. libert)is libertabusq. posterisque suis || — (Romae.)
- 43) D. M || C. Jul. C. f. Fabia. Roma || Sejo. Juniori. veterano || Aug. militavit. in. chorte || XI. urb. 7. Valeri. annis. X¹⁾ || missus. honesta. missione || V Idus. Januarias. Appio || Anno. Atilio. Bradua || T. Vibio. Varo. cos.²⁾ vixit || annis. XXXX. diebus. XX || fecit. Julia. Palestrice. co || jugi. benemerenti || — (Ex Museo Ciampino.)
- 44) D. M || L. Aurelius. L. fil || Camilia. Firmus || Bagennis. mil. coh || XI. urb. 7. Nigrini || vix. ann. XL. mil. an. XX || testamento pon || jussit || — (Romae.)

34) Murat. 782, 4.

35) Murat. 856, 3. 1) Ante „Severi“ nota centur. excidit.

36) Murat. 1874, 2. Ex Marangonio. Sed dubito sincerusne titulus sit.

37) Fabrett. cl. III. n. 46. p. 128. Ante verbum „Pettoni“ nota centur. excidit. De hoc titulo magnopere dubito.

38) Don. cl. VI. p. 274. n. 180 (ex schedis Vaticanis) = Fabrett. c. III. n. 48. p. 128 (e schedis Barberinis.) Quamobrem titulus suspectus est. 1) Fabr. Athemotoru. 2) Fabr. fron.

39) Donat. p. 306, 8. Titulus aut spurius aut pessime de-

scriptus est. Donat.: „Gallettus Diar. Lapid. Ms. p. 79. lin. 2. L. Vesuleno. C. L.“

40) Murat. 832, 10 (e schedis Ambrosianis.) Hic quoque titulus suspectus est.

41) Momms. J. R. N. 1993.

42) Kellerm. vig. 51, ubi vide ceteros. 1) „Trala“ habet lapis, quod tamen, ut ait Kellerm., „Trajanae“ sine ulla dubitatione explicandum est. „Vigi“ verbo „Trala“ superscriptum est.

43) Fabrett. cap. III. n. 50. p. 128. 1) Fortasse leg. est „XX.“ 2) p. Chr. 160.

44) Kellerm. vig. 188. Orell. 3070.

- 45) P. Aelio. P. f. C . . . || Quintiano . . . ||
Thess. mil. cor. XI. (urb) || 7 Sabini. vix.
an. XX . . || mil. an. XV. m. VIII. d. . . ||
test. poni. juss . . || — (Romae.)
- 46) D. M || P. Pompejo || Proclo ¹⁾, mil || coh. XI.
urban || T. ²⁾ Claudi ¹⁾, vixit || annis. XXX. ||
militavit. annis || XVII. me. VII ¹⁾, || Stabia.
Longina || c. b. m. f || — (Florentiae.)
- 47) D. M. s || P. Quintio. Sex. f. Quir || Tironi.
mil. cohort. XI || urb. 7 Scaefi. et. Sex ||
Quintio. Sex. f. Quir || Firmo. militi. coh ||
XI. urb. 7 Sabiniani. ex || collegio. J. O. M.
Sex || Quintius. Sex. f. Quir || Firmus. aed.
pater || p || — (Carapellis.)
- 48) P. Proculejo. Celeri || mil. coh. XI. urb. 7.
Sereni || milit. ann. XVII || P. Proculejo.
Clementi || P. Proculejo. Celerin || Proculeja.
Capriola || mater || s. v. t. 1 || — (Aquilae.)
- 49) D. M || L. Arbustio. L. fil. Ann || Valentino.
Crem. || p. p. leg. III. Fl. Fel. evoc. Aug ||
ex coh. III. pr. 7. coh. II. vig || 7 coh. XI.
urb. 7. coh. VII. pr. 7. leg. VII. Ge ¹⁾. ||
7 leg. VII. Gemin. P. F. || L. Arbustius.
Valens. et || C. Arbustius. Vitalis. f. . . ||
— (Romae.)
- 50) Q. Tersina. Q. f || Scap. Lupus || Floren. ¹⁾
miles || coh. XII. urb 7. Dex || tri. genium ||
- centuriae. cum || base. marmorea || testa-
mento || poni jussit || *In dextro latere*: Posita
Idib. April || Mamertino. et. Rufo || cos ²⁾ ||
— (Florentiae.)
- 51) Milites. coh. XII. urb || A. Aponius. Sabi-
nianus. Tuder || O. Veri. stip. XVIII. C.
Aurelius || Alexander. Dyrr. O. Trebi. stip ||
VIII. L. Aelius. Donatus. Benev || O. Trebi.
stp. XIII. imagines. domino || rum nn. et.
aediculam. et. aram. de || suo. fecerunt. dedi-
caverunt || VII. Kal. Octob. duob. Augg.
Seve || ro. III. et. Antonino. Pio. cos ¹⁾ || —
(Romae.)
- 52) M. Tillio. M. f. Ter. Rufo || 7. leg || XX. Val.
Vict. ex. ccc. coh. III || pr. P. V. principi.
castror. eq || p. exor. et. donis. donato. ab ||
impp. Severo. et. Antonino. Augg. hasta ||
pura. corona. aurea. 7. coh. XII || urb. et. I.
vig. evoc. Augg. di || vor. M. Antonini. et.
Commodi || patrono. municipi. liberti || l. d.
d. d || *In sinistro latere*: Dedicavit. ipse. X.
Kal. Jun. || imp. M. Antonino. III. cos. ¹⁾
et || dedit. sportulas. dec. HS || XII. n. ple-
beis. urb. HS. VI. n || — (Atinae.)
- 53) Dis. Manibus. Tertius || Vercobius. Surus ||
Arnese. Cremona || mil. coh. XII. ur. 7.
Rosci || mil. an. VII || vix. an. XXVII || po-
suit. Aulus. Caessen || nius. Pudens. fecit ||
— (Veronae.)

45) Kellerm. vig. 187. a. correctius quam Fabrett. cap. III.
n. 51. p. 128. Memorabilis hic titulus est, quod non
solum anni, sed etiam menses et dies militiae indicati
sunt; itemque in tit. 46.

46) Murat. 843, 7. 1) „Commatum speciem heic vides.“
2) Corr. 7.

